


Latein-Buchtipps

1. Juli 2008, 8:00 Uhr

Troia in fabulis

Quae poetae pictores sculptores receperunt



Homer: Der Mythos von Troia in Dichtung und Kunst, J. Latacz, Th. Greub, P. Blome, A. Wieczorek (Hrsg.), Hirmer Verlag München 2008, 45 Euro

Recensuit: Hannelore Zöllner

Homeri poetae carmina iam a sexto saeculo ante Christum natum usque ad nostros dies artificibus exemplo erant. Eius rei documenta, quae sunt opera poetarum pictorum sculptorum, in hoc libro, qui idem est index expositionis, composita sunt; fabularum quoque cinematographicarum mentio facta est.

In commentariis huius libri etiam litterarum antiquarum non ignari multa nova et perite tractata inveniunt, quae viri in carminibus illius poetae versati et inter omnes eius rei peritos noti ediderunt de temporibus, quibus poeta eius generis prodi potuerit, de operibus ipsis, quae supersint, et de rationibus, quibus haec opera a posteris accepta sint. Singulis capitulis adiecta sunt imagines magnae pulchritudinis.

Expositio eodem nomine ac liber vocata mense Septembri in Manhemio oppido visi potest.

J. Latacz, Th. Greub, P. Blome, A. Wieczorek (Hrsg.): "Homer. Der Mythos von Troia in Dichtung und Kunst." Hirmer Verlag München 2008. 45.00 Euro

[Homer](#) →

Der Mythos von Troia in Dichtung und Kunst

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/buchtipps/latein/homerlatacz102.html>